

**6807** litteris bonis et certis. Ivreae in hortis Giusianae.

protome  
 D · M  
 IVLIAE  
 DECIMI · LIB  
 DECVMINAE  
 5 VEROVNIUS <sup>sic</sup>  
 SEVERVS  
 et METTIA

Contuli. Gazzera ms. et act. Taur. ser. 2 vol. 14 p. 34.

*Julia Decumi fil. Decumina flaminica* nominatur in titulo Nantuatum (inscr. Helvet. n. 20; cf. n. 21. 25).

**6809** Ivreae apud Bagnolum BAGN. Nunc in portico episcopii, ubi adscriptum est repertam esse a. 1844.

D · M  
 P L E I A E  
 APHRODITEN

Contuli. Bagnoli ms.; Gazzera in act. Taur. ser. 2 vol. 14 p. 33.

**6811** post Eporediensem.

FECI · QVOD · VOLVI · VIVVS · MONIMENTVM  
 VBI · OSSA · ET · CINERES · AETERNVM · REQVIESCERENT · MIHI

Codex Palatinus 833 saec. XI f. 53'.

**6812** in vico Birolo parte pagi Piverone prope Ivream.

IIICOBASILISVNE  
 COTIATOR QVIXI  
 ILVS MINVS ANN// LX  
 7E VICO ATARCA  
 5 SVB DIE 1// EMB  
 RIS DOMINO NOSTRO  
 VALENTINO AQVSTO p. C 440  
 ET ANATOLIO VE  
 RO C CON

Ad ectypum non satis bene factum exscripsimus Promis et ego.

*Hoc loco Basili[us] negotiator, q(ui) vixi[t p]lus minus ann[is] LX, [d]e vico Atarca. Sub die I... embris domino nostro Valentin[ian]o A(u)gusto et Anatolio v[i]ro c(larissimo)con(sulibus).*

**6813** Ivreae in cathedrali intus pone chorum.

HIC REQVIESCIT IN SOMNO PACIS B M  
 DROCTARIVS QVI VIXIT IN SAECVLO  
 ANNOS PL M XX RECESSIT S D IDVS  
 NOVEMBRIS IND OCTAVA VNDECIES  
 PC PAVLINI VC p. C 545

Contuli. Ed. Gazzera act. Taur. ser. 2 vol. 11 p. 207.

Consulatus indicatur ad formam apud Langobardos receptam; Iustinianus ubi dominabatur, annus notabatur *quater post consulatum Basili*.

**6808** post Eporedienses. — Romae ad S. Petri et Pauli GRUT. contra codicem.

C·PAGVRI·C·L·GELOTIS

HOSPES · RESISTE · ET · TVMVLVM · HVNC · EXCELSVM · ASPIC ·  
 QVO · CONTINENTVR · OSSA · PARVAE · AETATVLAE  
 SEPVLT · HAEC · SITA · SVM · Verna · QVOIVS · AETATVLAE  
 5 GRAVITATEM · OFFICIO · ET · LANIFICIO · PRAESTITEI  
 QVEROR · FORTVNAE · CASSVM · TAM · INIQVOM · ET · GRAVE  
 NOMEN EI QVAERAS EXORATVRI SALVIAE  
 VALEBIS HOSPES OPTO VT SANCTIS FELICIOR

Codex Palatinus 833 saec. XI f. 54 (inde Grut. 1152, 2). Tractaverunt Buecheler anthol. Lat. spec. 1 p. 11 et mea causa Hauptius.

Versum divisio incerta; sed videntur tituli ad metrum divisi versus extremi paullulum laesi fuisse. — 1 GELOTES cod. — 2 ASPIC cod. — 3 cf. Seneca ep. 89, 7: *hospes resiste et sophiam Dossenni lege*. — 4 HAEC cod., HEIC Grut. probantibus Buech. et Hauptio. — 4 aetatula Buech. Haupt, qui adnotat: ‘verna non οιχογενής est, sed εὐρών: nam coniungendum verna aetatula’. — 5 praestitit Buech. Haupt, qui adnotat: ‘non dubitandum, quin scribendum sit praestitit, nisi quis argutari vult et ex praestitei facere praestitet’. — 6 gravem Buech. Haupt. — 7 ei cod., si Grut. (add.) — exoratur salviae cod., est C. Paguri Salviae Grut. (add.), *Echo Paguri salve* (‘debutus esse fui’) Buecheler, exaratum Salviae optime Haupt, explicans: ‘si nomen quaeras scriptum, Salvia iubeo te valere’. — 8 sanctis cod., sis Buecheler, seis Haupt: ‘seis cum esset scriptum in apographo, fuit qui scis sibi legere videretur; hinc stolide factum sanctis’. — ‘Carmen elegans’, Hauptius addit, ‘sed quod saepe spondeum habeat in pari sede, tum monosyllabum quoius v. 4, denique hanc mensuram tam iniquom v. 6, vix recentius est Tiberio, potest autem multo antiquius esse. cassus scriptum esse Ciceronis temporibus paullumque infra Quintilianus docet 10, 7, 20’.

**6810** Ivreae in hortis antea Perrone VERN., hodie Giusianae.

// / / / /  
 IGENIA /  
 TI : / / /

Contuli. Vernazza ms.

**6814** Ivreae in cathedrali intus pone chorum.

hic requiescit in pa  
 CE B M INNOCENTIVS  
 EPS QVI VIXIT IN SAECV  
 LO AN PL M LXXII RECES  
 S D IIII KAL APRILIS V  
 DECIO V CONSVL

p. C. 486

Contuli. Ed. Gazzera act. Taur. ser. 2 vol. 11 p. 193.

**6815** Ivreae rep. a. 1858, cum ampliata est ecclesia cathedralis, nunc in episcopio.

HIC REQVIESCIT  
 IN PACE B M MA  
 RILIO QVI VIXIT  
 IN SAECVLO ANNC  
 5 P M XXV RECES  
 SIT SD PRIDIE IDVS  
 AVGVSTAS  
 LEONE IVNIORE  
 CONSVL

p. C. 474

Contuli. Ed. Bruzza *bull. dell' inst.* 1860, 92.

**6816** Ivreae in hortis Giusianae.

hic re QVIESCIT IN PACE B M  
 MARTA R F QVAE VIXIT PL M ANNOS  
 L RECESSIT SD X KAL MAIAS  
 BOETIO IVNIORE VC CONS

p. C. 510

Contuli. Gazzera ms. et in act. Taur. ser. 2 vol. 11 p. 207.